



4573 [= Eph. IX 461] tabula marmorea priore titulo deleto iterum inscripta, in multas partes fracta, a. 1,17, l. 0,92, cr. 0,03; litt. v. 1. 2 a. 0,03, cet. 0,025-0,018. Rep. sotto il portico innanzi alle terme Antoniniane. Asservatur summa cura composita, gypso infixi Ostiae in repositis musei.

L·VYRIO·LVPO·ET·L·MARIO MAXIM^o @S a.p. Chr. 232
 CORPVS·FONTANORVM·Q·EX·S·CCOIRE·LICE sic
 PATRONI P·PETRONIVS·FELIX· sic
 P·PETRONIVS·CHARITON ⊕ LVCIVS·POMPELVS·QVLNTINVS· sic
 5 IVS·CIEM  G·IVLIVS·SATVRVS· sic
 IULIVS·GRVMEN^tINVS·NEVIVS·CATVLLINVS·
 PETR·ONIVS·MYRISMVS·Q·AVRELIVS·VITALIO·
 TI·CLAVDIVS·EPAGATVS·PIEB^s·CAECILIVS·SOTERICVS
 T·IVLIVS·FELIX· P·SEXTILIVS·SEBERIANVS
 10 M·C·I·S·DIONYSIVS
 THALAMVS L·FLAVIVS·ONESIMIANVS·
 VOLVSIUS SATVRNIN
 L·V·FIVS·ANTIN 
 T·ONIVS·MYRISMVS
 15 L·AEIIVS·ATHENODOR·
 P·IVLIVS·GEMINVS
 P·IVLIVS·GRVMENTINVS
 PETRONIVS·MYRISMVS·IVN
 20 I·VLIVS·SATVRVS
 ALFIVS·DADIS
 LIVS·HILARVS
 VCCIVS·MITHRES
 NIVS·COGNITVS
 25 VS·HESPER
 LIBERALIS
 P·IUL·GRVMENTIN·IVN
 NVS
 FELICISSIM
 30 MARTIALIS
 EPAGATVS
 MVS·VI·


Descripti et contuli identidem. Edidit et commentario instruxit Vaglieri *Not. d. sc.* 1909 p. 119 sqq. cf. p. 90, idem iterum collatam litteris minusculis *Bull. com.* 1910 p. 78 sqq. Ex editione priore Dessau l. c., qui ectypum vidit.

Ubi cumque litterarum partes punctis supplevi vel totas litteras addidi, deest lapis; ubi lineolas spisse positas (*Schraffierung*) dedi, aut deest lapis (v. 5. 13. 14 fin. 15 in.) aut superficies lapidis laesa est (v. 8. 9. 14 in. 19 fin.). Quindecim frustula nullius pretii, quae, cum ceteris iniungi non possent, separatim gypso inclusa sunt, consulto omisi.

1 ubi nunc est VIRIO, videtur fuisse antea — scilicet in titulo priore nunc deleto — VERANO, quibus litteris lapicida ad litteras novas scribendas usus est; qua re factum est, ut litterae nominis *Virio* longe inter se distent. Nomina plena consulum anni p. Chr. 232 hoc titulo primum innotuerunt. De viris ipsis v. Vaglieri ll. cc. — 2 *corpus fontanorum* ceterum Ostiae ignotum (sed cf. n. 4649); de collegio fontanorum urbano v. Waltzing *Les corp. profess.* II p. 413. — I 4 P. [*An*]tonius Cha...ton Vaglieri *Not.*, L. [*Pe*]tronius Cha...on idem *Bull.*; ego praenomen P. clare cognoscere mihi videbar. Fortasse idem supra n. 4562, 4 col. II v. 19. — 5 in. vestigium cuius litterae, incertum. — 6. 18 cf. 27. *Iulius* quidam *Grumentinus* est supra n. 1151. — 7 cf. 15. 19. — 8 [*pl*]eb^s supplevit Vaglieri. — 10 *Cip*ius Vaglieri, sed fueritne P an R an D, mihi incertum est; ne I quidem certa videtur, et spatium, quod inter has duas litteras periit, sufficit duabus(?) litteris. — 12 praenomen nunquam videtur extitisse. — 14 [-*Pe*]tronius O[*nesim*(us)]? Vestigium quod post o exstat valde exiguum est. — 15 P.(?) [*Pet*]ronius cet., cf. I 7. 19. — 18 cf. ad I 6. — 19 fin. *iun*(ior); cf. I 7. 15. — 20 cf. II 5. — 21 *Dadis* legi (*Dalis* Vaglieri *Not. Bull.*, tertiae litterae loco vestigium incertum dedit Dessavio l. c.). *Dades* cognomen virile reperitur C. III 1181. 1182. —

27 cf. I 6. 18. — 32 VI errore scriptum esse pro IV = *iu*(nior) suspicatur Vaglieri. — II 3 Petronii Felices reperiuntur Ostiae saepius, v. indices. — II 4 ⊕ notum signum defuncti. — II 5 cf. I 20. — II 7 Aurelius Vitalio quidam est supra n. 260 IV 4. q *quaestor* explicavit Vaglieri dubitans, recte puto; cf. supra n. 4572, 7. — II 8 Q. Caecilius Sotericus quidam est supra n. 714.

4574 fragmentum tabulae marmoreae, a. 0,17, l. 0,14, cr. 0,033; litt. col. I a. 0,03, col. II ca. 0,015. Exstat in repositis musei Ostiensis.



Descripti.

Fragmentum albi corporis alicuius. I 1. 2 supersunt ex elencho patronorum; 1 c(larissimus) v(ir). — II 4 in. 2 in. signum defuncti negligenter scriptum.

4575 fragmentum tabulae marmoreae marginatae (0,43 × 0,23 × 0,042; litt. 0,015-0,012). Rep. presso l'edificio delle pistrine.

M·VLPIVS S OLIMPIANVS

sCHOLAM·PROBABERVNT...
 DEDICAVERVNT

M·VLPIVS S ABASCANt
 5 M·VLPIVS S DIV
 M·VLPIVS EVTYch

Calza *Not. d. sc.* 1914 p. 253. — 1. 4. 5: sic traditur.

4576 tabulae marmoreae fragmentum a. 0,175, l. 0,155, cr. 0,034-0,037. Litterae tardioris aetatis, a. 0,021-0,014. Est casone del sale (ufficio degli scavi).



Descripti.

4 in. hasta paulum dextrorsum inclinata, sed videtur fuisse N. — fin. fortasse *Hireneus* = *Irenaeus*. — 6 fin. post L vidi vestigium incertum, fortasse litterae A.

4577 fragmentum tabulae marmoreae marginatae, cr. 0,038; litterae bonae. Rep. decumano, tra via dei molini e il foro. Est in repositis musei Ostiensis.



Descripti. Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 401 n. 2.

1 qui[bus ex s. c. coire licet] vel qui [ad aliquam rem faciendam contulerunt] vel tale quid.

XIV S.

4578 fragmentum tabulae marmoreae a. 0,24, l. 0,125, cr. ca. 0,033; litt. v. 1 a. 0,028, cet. 0,018-0,02. Est casone del sale (ufficio degli scavi).



Descripti.

Supra v. 1 spatium vacuum. — 5 fin. fuit fortasse M.